2235. AD THEOSOPHIAM STURMIANAM
Vorläufige Datierung: [Vor dem 20. Mai 1694]

Überlieferung:
L Konzept: LH I 4, 6 Bl. 1. 1 Bl. 4°. 2 S.
E Grua, *Textes*, 1948, S. 549–551.

bearbeitet von Stephan Meier-Oeser u. Henrik Wels

[Anhaltspunkte zur Datierung:] Bei unserem Stück handelt es sich um eine Einschätzung von Johann Christoph Sturms *Theosophiae, h. e. cognitionis de deo naturalis Specimen* (1689). Am 20. Mai 1694 schreibt Leibniz an Erhard Weigel: »Ich habe unlängst H. Sturmii *Theosophiam* [gesehen], finde viel schohnes darinn, doch nicht ohne Cartesianischen praejudiciis und bin ich gar nicht der meinung daß extensio naturam corporis exhaurire. Und wiewohl nicht ohne daß Gott die creaturen immer schaffe oder bewerckstellige, so bin ich doch mit dem Systemate causae occasionalis nicht einig, sondern der meinung, daß specialis ratio mutationis in creaturis (verbi gratia in corpore nostro) nicht bloß in causa generali (v. g. in voluntate vel decreto producendi in corpore quod vult anima), sondern in denen creaturen beschaffenheit selbst zu suchen. Es stecket noch ein arcanum dahinter, davon einsmahls bey gelegenheit ein mehrers.« (II, 2 N. 263, S. 799). Dementsprechend dürfte unser Stück nicht lange vor der Abfertigung dieses Briefes entstanden sein.

[Thematische Stichworte:] Theosophie; idea rei; bonum; extensio; impenetrabilitas; corpus; principium mechanismi; vis primitiva; Occasionalismus; Willensfreiheit

[Einleitung:] —

Ad Theosophiam Sturmianam
Altdorf. 1689. 8°. pagg. 96 constantem

Egregia est haec Theosophia, neque ego paucula ista annoto reprehendendi animo sed adjuvandi.

Ad def. 1. Ut ideam rei habeamus [requiri] arbitror notionem ex qua appareat objecti realitas seu possibilitas.

22 ego (*1*) haec paucula (*2*) paucula ista *L* 24 def. 1. (*1*) Ideae nomine intelligi dicitur qualiscunque attributorum vere competentium complexio animo tam clare distincteque obversans, ut (*2*) ad notionem (*3*) Ad ideam requiri arbitror ut ex ea (*4*) Ut ideam rei habeamus arbitror ut ex ea (*5*) Ut … qua *L*

24 def. 1: vgl. J. Chr. Sturm, *Theosophiae, h. e. cognitionis de deo naturalis Specimen*, Altdorf 1689, S. 5 f.

Ad def. 2. Cum perfectio definitur conditio quae rem in statu meliore ponit, explicari operae pretium erat quid hic dicatur bonum, neque enim morali sensu hoc loco accipi arbitror sed metaphysico.

Ad def. 4. Corpus nihil aliud includere quam extensionem, vel saltem cum extensione impenetrabilitatem, postulatum est magis quam definitio. Quod si quis dicat in sua potestate esse corporis nomine hoc ipsum significare, tunc nominalem nobis, non realem definitionem dederit, quamdiu dubitari potest, an tale corpus sit possibile. Praeterea non agitur de ente quod quis sibi fingere potest, sed de corporibus reapse existentibus, quibus assumtam illam definitionem tribui debere, ostendendum erat. Cavendum enim est in definitionibus vitium illud quod JCtorum stylo appellare posses sub- et obreptionem.

Ad def. 6. ejusque scholion[.] Concedo omnia in materia explicanda esse mechanice praeter ipsum principium mechanismi ejusque legum, quod oritur ex vi actrice primitiva omni corpori indita.

Ad def. 8. Non video quomodo in conservatione iterata productio possit intelligi sine iterata virtutis producentis applicatione.

Ad ax. 2. et 3[.] Videntur haec aliquid dubitationis habere. Nam quicquid existit videtur debere perseverare nisi detur ratio interitus, uti quicquid movetur semper debet moveri nisi quid obstet.

Ad ax. 6. Verum est axioma, sed non habendum pro axiomate; probatio autem adjecta non videtur sufficiens.

1 def. 2. (*1*) perfectio (*a*) est (*b*) hic dicitur esse communis conditio quae rem in statu meliore ponit (*aa*) Sed ⟨mel⟩ (*bb*) Explicandum ergo erat quid hoc loco intelligatur bonum, moraline sensu, an metaphysico, et si metaphysico, (*2*) Cum *L* 6 hoc (*1*) significare (*2*) ipsum significare, tunc *L* 8 f. quibus … erat. | Nam alioqui in *gestr.* | *erg. L* 9 enim *erg. L* 9 f. definitionibus (*1*) vitium quod JCti appellant sub- et obreptionis. (*2*) id quod JCti appellant sub- et obreptionem. (*3*) vitium … obreptionem *L* 14 f. quomodo (*1*) conservatio sit iterata productio sine iterata virtutis applicatione (*2*) in … applicatione. *L* 16 Ad (*1*) Ax. 2. (*a*) Hoc axioma videtur (*b*) et 3 4 videntur (*2*) ax. 2. … haec *L*

---

1 def. 2: vgl. a.a.O., S. 6 f. 4 def. 4: vgl. a.a.O., S. 9–11. 11 def. 6. ejusque scholion: vgl. a.a.O., S. 12–17. 14 def. 8: vgl. a.a.O., S. 18. 16 ax. 2 et 3: vgl. a.a.O., S. 23: »Ax. II. Ex eo quod res aliqua paulo ante fuerit, non necessum est, eam etiam nunc esse aut postea futuram; alioqui nihil non esset perpetuum: siquidem existentiae quodvis momentum hoc pacto secum inferret ulteriorem existentiam. Ax. III. Hinc necessum est ut, quod existere pergit, vel causam habeat se conservantem extrinsecam, vel talis sit naturae, ut ejusmodi causam non postulet, sed existentiam ipsa sua essentia involvat, h. e. a se ipso sit suaque virtute perennet.« 19 ax. 6.: vgl. a.a.O., S. 24: »Ax. VI. Ea res quae novit aliquid se perfectius, a se non est: Cur enim si dedisset sibi ipsi, et consequenter etiam conservaret propria virtute, suas perfectiones, non dedisset omnes quas novit?«.

Idem dico ad ax. 7. et 8.

ax. 9 habet magnam probabilitatem, imo praesumtionem sed non habet certitudinem.

ad obs. 3. consectaria. Volendo tantum, nil agimus, sed tamen hinc non sequitur Deum ad voluntatem nostram motus corporeos producere. Novi philosophi qui in his explicandis ad Deum id est ad causam generalem confugiunt, rectius facerent si se naturas rerum specialium, praesertim mentis et corporis ignorare faterentur.

ad prop. 8. schol. 2. Efficacia decreti non potest se in futura tempora extendere, nisi decretum aliquem effectum permanentem reliquerit; vel nisi rebus memoriam pristini decreti demus; quae memoria et ipsa inter decreti permanentes effectus referri posset. Itaque vel dicendum est vim quandam agendi a Deo in creaturis productam esse, vel Deum ipsum vice creaturarum agere secundum hypothesin causae occasionalis. Sed non videtur esse cur huc confugiamus. Suppetit alius arcanior quidem, sed tamen apprime intelligibilis rerum operationes explicandi modus.

ad cap. de mente n. 7. In actibus Voluntariis mentis nostrae non datur necessitas, sed tamen nec indifferentia. Si quis perfecte scrutari posset plexus et recessus mentis, semper inventurus esset, posse rationem reddi cur hoc potius quam illud voluerimus, quae tamen non semper ex rerum comprehensione, sed etiam persaepe ex imaginationibus et affectibus proficiscitur. Quanto perfectior est voluntas tanto magis ab indifferentia abest.

2 certitudinem | mathematicam imo forte nec physicam *gestr.* | . *L* 3 consectaria. (*1*) Voluntas equidem (*2*) Sola nostra (*3*) Volendo per se nil agimus (*4*) Volendo *L* 4 producere. (*1*) Novum (*2*) Novi *L* 4 philosophi (*1*) dum | (*2*) qui *ers.* | *L* 8 f. vel ... | permanentes *erg.* | effectus (*1*) censeri (*2*) referri (*a*) potest (*b*) posset *erg. L* 14 In (*1*) mente no (*2*) mentis (*3*) actibus *L* 15 indifferentia. (*1*) Itaque semper ratio aliqua (*a*) int (*b*) in nobis est, (*c*) reddi et (*2*) Si *L* 17 ex (*1*) affectibus (*2*) imaginationibus *L* 18 voluntas (*1*) ego magis (*2*) tanto *L*

1 ax. 7 et 8.: vgl. a.a.O., S. 24: »Ax. VII. Ut quod nihil erat, aliquid sit, voluntatis infinitae efficaciae jussus requiritur; siquidem aliquid a nihilo infinite distat. Ax. VIII. Et hinc meo judicio, in re penitus immota motum aliquem de novo prorsus producere non minorem efficaciam requirit; cum a nihilo ad aliquid hic etiam immediatus fiat transitus.« 2 ax. 9: vgl. a.a.O., S. 24 f.: »Ax. IX. Ubi usus alicujus rei manifestus est, ejusdemque figura, magnitudo, motus aut fabrica usui isti evidenter appropriata cernitur, ibi providentia quaedam necessario agnoscenda est, quae usum istum finemque sibi proposuerit, et habitudines rei dictas ipsi destinato consilio adaptaverit. Quid enim? An acus acumen aut cultri aciem sentiens, aut molendini e. gr. effectum, [...] haec ita casu facta omnia, salva et incolumi ratione sibi persuadeat? et non potius artificem prudentem ac providum, qui haec omnia usibus istis appropriaverit, agnoscat?« 3 obs. 3. consectaria: vgl. a.a.O., S. 30 f. 7 prop. 8. schol. 2: vgl. a.a.O., S. 59. 14 cap. de mente n. 7: vgl. a.a.O., S. 78.